No 75

Σὺν Θεῷ.

Vir Illustris. S. P.

Diu est cum scripturio ad te Nobiliss. D. sustinui — vel potius sustinuit me scriptum illud Antagonistae nostri haud infelici Viri Illustris nuper prophetia promissum; quod ea materiam indagandae, stabiliendae potius inquam, veritatis uberiorem suppeditarit, ut fas putarim eiusdem scripti lectorem ambigere posse. Quantum de eo quo ad nos saltem (fautore Deo) proxime curam. Verum quid de eo apud inclytam acad. illam sit iudicij ac sensus ut eo unquam pernoscatur te, ubi communicatione Eximii D. Voetij non ita pridem hoc accepissem, atque eius exemplar Clariss. viro D. Andreae Riveto mittere: valde pertussem, si non ad Illustrem virum una, quem reperi in me magis promptum, magis pronum. Nec ambigo, ergo tamen, quin gratiam eam apud virum Illustrem me initurum sperem, quatenus per eum, negotium illud meum promovendum iri, aut promotum confidam. Cuius si studia testimonij Nob. Viri momentum in favoris partem inclinet; meum hoc ipsa studia mea debebimus aeternum. Ea ipsa per hoc ipsum subsidium verum velut incrementum augere et attollere dignaberis, ita te Deus hic feliciter ad illa alta et aeterna. Vale Celsissimo Domino, Patriae, ac studiis nostris Vir Illustris ac Nobilissime Domine.

Illustris vrae Dnationis

Officio pariter et obsequio

Addictiss. Cliens

…an waterlaet.

Dabam festinus Athenis Batavorum 10. Ap. 1642

Illustri viro
D. Constantino Hugenio
Equiti, Domino de Zuylichemio,
Celsissimo Arausionum Principi
à consilijs et secretis

Hagam

[illegible] manu.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 42aa, nr. 75
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2982